



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Maioritate Et Obedientia. Titvlvs VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

auctoritate quarum hujusmodi ecclesiastis, personatus, vel dignitatis obtinent, si quas habent, necnon & titulos ecclesiasticorum, dignitatum vel perfonatum eorumdem, intra tempus pro facti qualitate ipoforum ordinariorum moderandum arbitrio, ordinatis ipsis, vel iis, quem vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurent. De processibus habendis super his exhibitis, propositis & productis, reddituri absque mora dispendio per scripta publica conficiendi super his, sedem Apostolicam certiorum.

DE MAJORITATE ET OBE-
DIENTIA.

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Omnis Christi fideles de necessitate salutis sunt Romano. Pov-
effici, qui utrumq[ue] gladium habet, & omnes iudicat, a nemine au-
tem iudicatur. Hec tamen extravagani Regem Francie & regni-
colas non amplius subiecti ecclesia Romane, quam prius erant: ut
pater ⁷, de privil. meus.

Bonifacius VIII.

VNAM sanctam ecclesiam catholicam & ipsam Apostolicam urgente fide credere cogimus & sim-
pliciter confitemur: extra quam nec salus est, nec re-
missio peccatorum. Sponso in Canticis a proclamante:
Vna est columba mea, perfecta mea. Vna est matri-
sua, electa genetrici sua, quia unum corpus mysticum
repräsentat, cuius caput Christus: Christi vero Deus.
In qua unus Dominus, una Fides, unum Baptisma. Vna
tæmpe fuit diluvii tempore arca Noe, unam ecclesiam
præfigurans, quæ in uno cubito consummata, unum
(Noe videlicet) gubernatorem habuit & rectorem,
ex qua omnia substantia super terram legimus fui-
se deleta. Hanc autem veneramur & unicam: dicente
Domino in b Propheta: Ecce affamea Deus animam
meam, & de manu canis unicam meam: pro anima
enim, id est, pro se ipso capite sumul oravit & corpore,
quod corpus unicam felicitatem nominavit, pro-
picer sponsi fidei sacramentorum & charitatis ecclesias
unitatem. Hac est tunica & illa Domini inconfutabilis,
qua scissa non fuit sed forte provenit. Igitur Ecclesia
genius & unica, unum corpus, unum caput, non duo
capita, quasi monstrum: Christus videlicet & Christi
vicarius Petrus, Petri successor, dicente Domino ipso
Petro, Pase a oves mesas, inquit, & generaliter non
singulariter has vel illas, per quod commissus sibi in-
telligitur universas. Sive ergo Graeci sive alii se dicant
Petro ejusque successoribus non esse commissos, sarean-
tur necesse se de oibis Christi non esse: dicente Do-
mino in Ioanne: Vnum & ovile & unicum esse pasto-
rem. In hac eiusque potestate duos esse gladios, spiri-
tualium videlicet & temporalem, evangelicis dictis instrui-
mur. Nam dicuntibus Apostolis, Ecce gladii duo hic:
in ecclesia felices, cum Apostoli loquerentur, non re-
spondit Dominus minus esse, sed fatis. Ceteri qui in po-
testate Petri temporalem gladium esse negat, male ver-
bum attendit Domini profeten. Converte gladium
tuum in vaginam. Vterque ergo est in potestate ec-
clesie, spiritualis scilicet gladius & materialis. Sed is
quidem pro ecclesia, ille vero ab ecclesia exercendus.
Ille sacerdos, in manu Regum & militum, sed ad num-
erum & patientian sacerdos. Oportet autem gladium
esse sub gladio, & temporalem autoritatem spirituali
subiecti potestati. Nam cum dicat Apostolus: Non g[ener] est
potestas nisi a Deo: quia autem sum, à Deo ordinata
sum: non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub

a Cantic.6. b Psalm. 21. c Ioan. 29. d Ioan. 21.
e Ioan. 20. f Matth. 26. g Rom. 13.

gladio, & tanquam inferior reducetur per alium in fe-
prema. Nam secundum B. Dionysium, Lex divinitus
est, infima per media in supra redi. Non ergo ho-
cundum ordinem univerbi omnia que ac immensis
sed infima per media, & inferiora per superiora ad u-
dinem reducuntur. Spiritualia autem & dignitatis ex-
cellitate terrenam quamlibet præcelere potest. oportet tamò clarius nos fateri, quanto spiritualia tem-
poralia antecellunt. Quod etiam ex decimam datio-
ne, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestis
acceptio, ex ipsarum rerum gubernatione circu-
culis intuemur. Nam veritate redante, spiritualia potes-
tas terrenam potestatem institutre habet, & iudicare i
bona non fuerit: sic de ecclesia & ecclesiastica potest
verificatur vaticinium Hieremias: Ecce a continuo
hodie super gentes & regna: & exteris, qui sequuntur.
Ergo si deviat terrena potestas, iudicabitur a potestis
spirituali: sed si deviat spiritualis minor, a suo iudice.
Si vero supraem a solo Deo, non ab homini potestu-
cari: testante Apostolo, Spiritualis homo iudicat omnia
ipse autem a nemine iudicatur. Est autem hec senten-
tas (& si data sit homini, & exercetur per hominem) non
humana, sed potius divina, ore divino Petro data, hinc
suisque successoribus in ipso quem confeſſus fuit per
firmata: dicente Domino iphi Petro: Quodcumque li-
gaveris &c. Quicunque igitur huic potestis a Deo
sic ordinata restabit, Dei ordinatio certa, nū duo (sicut
cuius Manichæus) singulare principia, quod salutem & ha-
reticum iudicamus: quia (testante e. Moysi) non in prin-
cipiis, sed in principio cœlum Deus creavit & terram.
Porro subesse Romano Pontifici omni diuinitati
declaramus, dicitur, & pronunciam
omnino esse de necessitate salutis. Dat. Lutetia, J. I.

CAP. II.

Prælati non discutantur, præfatos habitu transformati
si ad curiam venerant, inde recedere non debent, fuit aquila
alii ipsi & receptantes illos, excommunicari fecerunt.

Ioannes XXII.

VT prælatorum inepta discussibus gravata &
plurima simulationibus obvia, & ipso in Oli-
sti vicarium indevoit, religiosissimi quippe canonicis
non immerito arguenda, cum reverentiam illorum in-
stitutas, lucem puritas, firmosque matutina potestis
fus, ursus vita mundi, fama clara, prohæcque vellet
ut exemplo. Verum quia iporum quantitas & de-
dignorum habet affectio) eo vano preter missis &
dixerimus pernicioſa remittens, quod obsequia
lis sanctitas abjectis distinguitur, sedem ad remota-
lā suis sedibus partes se transire. Quinio ad te-
deri Apolliticam clanculam, nōn novam nec iohannae
et quod venerant, venisse, huiusq[ue] obsequio di-
cantur: nos ne tacentibus nobis non pacem impli-
di morbus invictat, dum prouidem credimus quod in-
carum, licet, quod impune. Omibus Emporico, fo-
rioribusque prælatis sub obsequiis dñm pacis for-
inhibemus, ne aliquo rationabili causa timoris for-
vel alia, extra suarum civitatis & diocesis re provi-
ciarum (mutatis habitibus) limite indigentes do-
riant. Inhibemus etiam, ne qui Episcoporum & Capo-
riorum ipsorum latenter (præterea habitu transforma-
to) venientes ad curiam, de ipsa (Romani Pontificis re-
presentanti) conspectibus, vel saltem ab eo recessendo
comis non obtenta, recedant. Si qui vero Episcopo-
rum & superiorum hujusmodi nostre inhibitionis em-
tradicatores extiterint, & absque ipsius Romani Pontificis
recedend licentia concessa, eoque non rivo, recessione ab
eadem, necnon si qui scienter receptaverint antedictio-

a Hierem. 1. b Matth. 10. c Gen. 4. d Act. 10.
e numeri lacunam creaturam. & Adhuc mutata.

nisi id confessum eidem Romano Pontifici, vel alicui per quem hoc ipsum ad ejus crediderint deduci notarium, manifestare curaverint (etiam si episcopali, archiepiscopali, patriarchali vel quavis alia dignitate præfulgeant) eos excommunicationis sententia iunodamus.

CAP. III.

Tralatis ad curiam non debent more nocturno latenter venire, ne inde sine papali licentia recedere: alias infideles judicantur, & sententia excommunicationis ligantur.

Iohannes XXII.

ET si deceat quoslibet subditorum curam exercere sollicitate, & per omnia velut lucis filios ambulare: hoc tamen præcipue ab ipsiis exigunt, qui constituti per altitudinem dignitatis ut in specula, circa commissarii fibi plebes pastorum simul & custodum partes implere tenentur, & coram ipsis laudabilium operum exemplo luccere. Ad nostrum sane pervenit auditum, quod nonnulli pontifici prædicti dignitate, gregum suorum custodiad negligentes, & abhorrentes lucem, tanquam filii tenebrarum, non verentur se ab oviuum fuarum cura, mercenari more, tempore longo subducere, & pontificale dignitate rejecta, non erubescunt vagari per devia sub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo paribus & superioribus honore precepto, sic abjecti & indecori interdum ad sedem Apostolicam claneulo declinare præsumunt, ubi more nocturno, cujus intuitu nox illuminat, lux exeat, de dilectis, horis tenebrarum, quos suis arbitrantur conformari desideris, visitant, siuos eis evocantes conceptus iniquos & conspirationes forsan illas citas adversus nos & alios petractantes, & demum abinde (non absque notabilis sedis prædicta contemptu, reventia tam confusa, quam debita, non exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipso petit licentia nec obiecta) redunt. Nosigitur & ipsius sedi honoris in hac parte proplice, ac talium insolentiarum finem imponere cupientes, de statu nostrorum consilio, generali prohibemus editio, ne de cetero præsum aliquis sine sui superioris licentia, nisi pro negotiis ecclesiasticis fibi commissari, extra suam diocesim audeat pernoctare: firmiter statuerat, ut quicunque Pontifex ad Romanam curiam veniens papalem palatum primitus visiteret, ad Papam (ù hoc patitur temporis opportunitas) intratur, ac reverentiam confutam & debitam exhibutus eidem: nullatenus recessus a curia, nisi ab ipso super hoc petit licentia & obtemta. Quod si secus à quoquam super his fuerit attenuatum, nos quoq[ue]cunque prælatos, quamvis etiam patriarchali dignitate fulgentes, sic ad fedem accedentes, & ab illa (ut prædictetur) recedentes, necnon quisib[us] alios, qui tales apud sedem ipsam receperat præsumpti, nisi ante receptionem hujusmodi eidem Romano Pontifici significaverint adventum illorum, decernimus eoipso notam infidelitatis incurtere, ac excommunicationis sententia subjacere. Nulli ergo, &c.

50

DE TREVGA ET PACE.

TITVLVS IX.

CAP. I.

Sextus Papa volens discordiam ex pragmatice sanctione subiunctam sedare, ordinari regni Francie ad conferenda beneficia sex mensis concedit. Facultatem coquendis sex gratias sibi resinet. Beneficia Cardinalium & eorum quo Cardinatis sunt familiares in regno Francia excellentia, sua dispositiones usq[ue] ad certum tempus reservat. De beneficiis promovendorum quid fieri debeat, ostendit. Causas beneficiorum in prima instantia vult in paribus terminatas, inquisibus ante definiti vñ sententia (vñ in uno casu) utriusque appetari. Quid de causis in cursu pendente facendum finaretur. Si autem eadem causa in diversis curiis, diversis respetibus tractatur, quoniam determinanda sit, hic rescribitur. Tercia beneficiorum editio à Ioanne

XXII. servandas carset. Tandem tempus peuit, intra quod vult ipsa acceptari & servari. Scias autem quod hujusmodi concordata, tanquam iuri communis & decretis Constant. & Basiliensi, contraria, non sunt effectum fortia.

SIXTHUS IV.

AD universalis ecclesiæ regimen divina disponente clementia vocatis, inter alia pro commissariis populorum votiva dilectione nil occurrit præstantis, quam exorta inter personas ecclesiasticas (principis tenebrarum auctoritate) discordiarum fomenta per nostre solicitudinis occursum protinus extingue: ut (cujusvis altercationis salubriter evulsi seminibus) pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos (divini nobis assistente gratia) imponere & conservare valeamus. Cupientes itaque ut suscitare retrodistemporis discordia (pro dolor) in regno Francie, Delphinatus, aliquique terris & dominis charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis illustris, inter nonnullas ex eisdem personas, occasione cuiusdam constructionis, que in eodem regno diutius inolevit, quam persone prædictæ pragmatice sanctiōnem vocant, ne si (quod abit) majora fomenta fumeret, damna pariter & graviora scandala, periculaque subsequenter, fine debito claudatur, & totaliter secludatur. Autoritate Apostolica ex certa scientia de fratribus nostrorum collatio omnibus & singulis prælatis & aliis personis ecclesiasticis regni, Delphinatus, terrarum & dominiorum eorumdem, ad quos dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, terrarum & dominiorum eorumdem collatio, provisio, præsentatio, electio, seu quavis alia dispositio pertinet: de quibusvis dignitatibus, personaribus, administrationibus, officiis, canonicasibus, & præbendis, nec non aliis beneficiis ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus & regularibus, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electiōnem, seu quamvis aliam dispositionem pertinemibus, quia deinceps in Februario, Aprilio, Iunio, Augusto, Octobris & Decembribus mensibus futuri, perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo dispositioni Apostolicae ex aliqua generali reservatione in corpore juris clausa, aut per alteram ex constitutionibus felicium recordationum Benedicti XIII. que incipit, Ad regimen aut Joannis XXII. Romanorum Pontificum prædecessi nostorum, que incipit, Execrabilis, seu constitutions & regulas cancellarie Apostolice per nos super hoc editas reservata generaliter non existanti) periodo ac si aliquæ a fede Apostolica, vel ejus legatis expectativa litera non emanassent, libere disponendi facultatem concedimus per præsentes. Et quia isti summi Pontifices prædecessi nostri confieverunt in concessionibus gratiarum expectatiavarum & per sonis benemeritis exhibere liberales, nostra intentionis existit concedere in regno, Delphinatu, terris & dominis regni hujusmodi, ultra gratias expectativas per nos in eisdem regno, Delphinatu, terris & dominis concessas (quibus in aliquo prædicatore non intendimus per prælantes, quaque in suo robore permanere volumus) sex personis idoneis regnicolis, sex alias gratias expectativas ad qualilibet collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem singulorū ex prælatis & aliis personis prædictis. Ex quibus quidem sex gratias, duæ gratias expectatorum concedentur duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus Rex ipse, & charissima in Christo filia nostra Regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vienensis, nec non on magistris & praesidentibus ac aliis officianis, in aliquo ex parlamentis Regis ejusdem regni nobis super hoc animisiter supplicabunt, qui duo nominati per Regem

a. Gratias expeditivas, & mandata de prouidendo manu amplius concedi deservit Concil. Trid. Sess. 2. de ref. c. 19.